Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26385
Copyright: Admont, Benediktinerstift



D VIII·ID·MARC In ciuitate antinoū natālis scōrū Philemonis & Apollonii diaconi. Qui tenti & a iudice auditi. cū constanter idolis sacrificare noluissent. p̄ foratis calcaneis p̄ ciuitatē horribiliter tracti. nouissime gladio cesi. martyriū cōpleuerunt. Eodē die ap̄ p̄fatam urbem passio Arriani Theotici. & aliorū. IIII. quos iudex dimersos in mare necauit. sed obsequio delfini corpora eorū litori s̄ restituta.

C artagine sci Pontii diaconi beati Cipriani epi. Qui usq; ad diē passionis illi cū eo exilii sustinens. egregiū uolumē uite & passionis illi reliquit. ac clarus passionib̄ coronā uite p̄meruit.

E VII·ID·MAR Apud nisenā ciuitatē. depositio sci Gregorii epi. fratris beatissimi Basilii cesariensis. tam uita quā eloquentia clarissimi. Ciuitate barcinona. sci Laciani epi. qui tempore theodosii p̄ncipis. optima senectute finē uite sortitus e.

F VI·ID·MAR Apud apamiā natalis scōrū Alexandri & Gai martyrū. quōrū apollinaris scribit ierapolitanus eps in libro aduersū catafrigas p̄secutione antonini ueri gloso martyrio coronati s̄. In p̄side scōrū martyrū numero q̄dragintā duorū. Parisius depositio sci Dorotheonei abbis. discipli beati germani epi.

G V·ID·MAR Apud sebasten armenie minoris natalis scōrū. xl. militū. Qui tēpore licinii regis p̄ uincula & carceres creberrimo p̄cessis lapidib̄ facies. missi s̄ in stagnū. & sic demū crurifragio martyriū consummauerē. Erant autē nobiliores inter eos Quirion & Candidus.

A IIII·ID·MAR Rome beatorū pontificū Gregorii doctoris ac apli angloru. & Innocentii. Apud nicomediā passio beati Petri martis. Hic cū esset cubiculari diocletiani p̄ncipis & liberi causaretur de immensis martyrū supplicii. iubente eode in medio educitur. ac p̄mo suspensus diutissime flagris torquetur. deinde aceto & sale p̄fusus. ad ultimū in craticula assatur. & sic ueri petri extitit & fidei heres & nominis. Ibē nicomedie scōrū Eudoxii ybri & aliorū. VII. q̄ diebus singulis suffocati s̄. ut ceteris metus incuteret. Eode die passio sci Maximiliani martyris.